

et multa milia ibi extincta sunt; tandem compositione actum est, ut per indutias unius anni belli^a haberet. In reditu exercitus navalis multi pelago perierunt. Finitis indutiis iterum rex Robertus magna classe in Siciliam rediit et regioni ubi^b appulit damna^c intulit. Inde discesit^d. Classis Sicula a Messana eo accessit, non inventis hostibus rediit et^e trans fretum in Calabria appulit. Ibi alliqua damna^f hostibus intulit, inde in Siciliam rediit.

De morte Clementis pape.

Clemens pontifex Romanus in Gallia fato concessit, nunquam enim in Ytaliā ad sedem Ro[manam] proficisci voluit. Cura eius fuit vitam in amenitate ducere et quocumque^g modo aurum congerere^h, ut suos locupletaret; quodⁱ et fecit. Vacatio fuit ultra annum et menses . . .^k dissidentibus^l cardinalibus. Italici^m fide et iuramento firmaverunt compromittendoⁿ nullum elligere pontificem Ro[manum] nisi Ytalicum, quod irritum factum est. Inter cardinales^o discordie ac seditiones plurime fuerunt, quidam ex eis Guascones prevalentes aliis auro et viribus armorum contra alios impetum^p fecerunt. Ex hiis direptiones, cedes et incendia plurima facta sunt in curia Ro[mana]. Tandem convenerunt in unum, et cum diu obstricti essent, creaverunt Iohannem XXII^m, non tamen concorditer, in anno Christi MCCCXVI. mense Augusti.

De morte Filipi^q regis Francie.

Per hec tempora vacationis obiit rex Francie Philippus, Philippi filius, non morte fatali; nam cum in venatione esset in silva, occurrit^d ei aper ferus et maximus. Et hoc^r conteritus^d eius equus ipsum ex sella excussit. Alter

a) So die Hs. Es ist natürlich etwas verdorben oder ausgefallen oder beides ('belli quies haberetur?'). Aus den Worten der Uebers.: 'che fosse trigua uno anno' ist nichts zur Besserung zu entnehmen. b) Etwa 'iii' scheint in der Hs. zu stehen, vielleicht 'in quam' zu lesen; 'a quello paiese ove ello arivò' Uebers. c) 'daña' Hs. d) So Hs. e) Die Worte 'et — rediit' sind in der Uebersetzung nicht wiedergegeben, da das Auge des Uebersetzers vom ersten 'rediit' zum zweiten abirrte. f) 'dana' Hs. g) 'quogq' Hs. h) 'ogere' Hs. i) 'Pd' Hs. k) Wie hier (ohne Zwischenraum) fehlte die Zahl auch in der Vorlage der Uebersetzung, welche hat: 'piu de uno anno et mesi'. l) 'dissidentibus' Hs. m) Für 'Italici' hat die Uebers. seltsamer Weise: 'Octo cardinali'. n) 'opromiten' Hs. o) 'cardiales' Hs. p) 'Imperus' (?) Hs. q) So hier Hs.; 'Philippo' hat die Uebers. immer. r) 'h' Hs. Möglich wäre, dass 'Ex hoc' zu emendieren ist; 'Per questo impaurito' Uebers.